

Nos Heinricus Dei gracia Bohemie et Polonie rex,  
Karinthie dux, Tirolis et Goricie comes, Aquilegiensis,  
Tridentine et Brixinensis ecclesiarum advocatus,  
5 quod veniens ad nos Chunradus Echter, civis noster in  
Merano, nobis exposuit quod ipse redditus viginti  
quatuor urnarum vini de uno predio in Algunda, quod  
prius coluit Albertus ibidem et nunc colit Laurencius  
gener eius, qui redditus ad eundem Echterium iure  
10 proprietatis pertinebant, vendiderit venerabili domino  
Iohanni episcopo Brixinensi recipienti pro se et  
ecclesia Brixinensi, supplicans nobis ut eidem  
vendicioni nostrum dignaremur adhibere consensum.  
Nos itaque, ob affectum sincerum quem ad predictum  
15 dominum episcopum et ecclesiam Brixinensem  
gerimus et ad supplicacionem predicti Chunradi  
Echterii, vendicionem eandem ratam et gratam  
habemus, ipsam pro nobis et nostris heredibus et  
successoribus perpetuo confirmantes. In cuius rei  
20 testimonium presentes scribi et nostro sigillo, quo  
nunc utimur, fecimus communiri. Datum Laybaci,  
anno Domini millesimo trecentesimo XIII<sup>o</sup>, feria  
tercia, XVII<sup>o</sup> mensis aprilis.

redditus = reditus

Algunda = Lagundo/Algund

Laybaci = a Lubiana/in Laibach